



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 47. Ecclesia Hispaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X.
A. C. 975.

§. XLVII.

Ecclesia Hispaniæ.

Sampir.
p. 70.

In Hispania Regi Sanctio Crasso, postquam regnasset annis duodecim, defuncto successit Ramirus III. filius, quinquennis puer; quamobrem Elvira ejus Amita, piissima & prudentissima Princeps, quæ se Deo consecraverat, Regnum interim capeffivit. Illo pacis tempore corpus S. Pelagii Martyris, quod Ramiri pater petierat, Saracenorum manibus receptum, Legionem inter Episcopos tumulto illatum est. At, cum Comites Galæciæ, Legionis, & Castiliæ Regnum Ramiri languidum fastidientes, Veremundum ipsius Agnatum, Ordogni III. filium Regem salutassent, ortum est civile bellum, cui mors Ramiri anno Imperii sui decimo quinto decedentis finem imposuit; tunc enim Veremundum II. solum omnes Regem proclamarunt. Is Bonæ cujusdam Martyris, a Saracenis interempti, Ecclesiæ Compostellensi donavit. Quippe

tra Protestantes omni exceptione major! Guilielmus Cave in Scriptoribus Ecclesiasticis hanc Ratherii Epistolam recensens filer ut piscis, more Protestantium omnium Sanctissimum Mysterium hoc impugnantium, in quibusdam SSorum PP. locis æquivocis sibi plaudentium, & testimonia luce meridiana clariora dissimulantium.

Quippe Infideles capta *Simanca*, Regni Legionensis civitate, plerisque incolarum trucidatis, paucos, qui supererant, vinculis onustos, & in captivitatem abstractos, in carcere annis duobus & sex mensibus detinuerant, quo toto tempore captivi Deum laudabant; tandem jubente Rege barbaro interfecti gloriosam Martyrii coronam consecuti sunt. Aliquis eorum antea *Sarasinus* & post Baptismum *Dominicus* dictus modicum habebat patrimonium in urbe *Zamora*, & quia hærede carebat, totum Rex *Ramirus* occupaverat, quod deinde Rex *Vere mundus* editis literis mense *Februario*, *Era* 1013. anno 975. quibus *Episcopi* quinque subscripserunt, dictæ Ecclesiæ proprium fecit.

§. XLVIII.

S. Rudesindus.

Sub Regum istorum tempus *S. Rudesindus* seu *Rosendus* *Episcopus* *Du-* mien-
ensis floruit. Is ex Regio genere natus patrem habebat *Gutterium* *Mende-* sium, & aviam *Ermenegildem* *Regi* *Al-* phonso *Magno* sanguine junctam. Ma-
 ter *Rudesindi* erat *Ilduara* seu *Aldara* non minus pietate quam natalibus illu-
 stris matrona, in cujus *Epitaphio*, quod matri *Rudesindus* filius posuit, dicitur

Hist. Eccles. Tom. XIII. Mm Con-

Sæculum X.
 A. C. 975.
 Bar. an. 975.
 & Ambr.
 Mor.

Boll. 1.
 Mart to. 6.
 Act. SS. Be.
 Sæc. V. p.
 522.